



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Flavii Vopisci Syracvsii Nvmerianvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

magna ex parte bello Sarmatico, qd' gerebat cōtra Persas, pfectus, nullo sibi oc  
 currente Mesopotamiā Carus cepit, & Ctesiphontē usq; peruenit. Occupatisq;  
 Persis, domestica seditione imperatoris Persici nomē meruit. Verū cum auīdus  
 gloriæ pfecto suo maxime iurgāte, qui & ipsi⁹, & filij ei⁹ quærebat exitiū, cupiēs  
 imperare longi⁹, pgressus esset, ut alij dicūt morbo, ut plures, fulmine interēpt⁹  
 est. Negari nō pōt eo tpe, q̄ periit, tantū fuisse subito tonitruū, ut multi terrore  
 ipso exaniati esse dicant. Cū igit̄ ægrotaret, atq; in tētorio iaceret, ingēti exorta  
 tēpestate imani coruscatione, imaniori, ut dixim⁹, tonitru exanimatus est. Iunius  
 Calphurni⁹, q̄ ad memoriā dictabat talē ad præf. urbis sup morte Cari epistolā  
 » dedit: inter cætera, Cū, inquit, Carus princeps noster uere char⁹ ægrotaret, & tāti  
 » turbinis subito exorta tēpestatas esset, ut caligarēt omīa, neq; alter alterū noscere  
 » pmitteret uis coruscationū: deinde tonitruū in modū fulgurū igniti syderis cōti  
 » nuata uibratio omīb⁹ nobis x̄itatis sciētia sustulit. Subito em̄ cōclamatū est im  
 » peratorē mortuū, & post illud p̄cipue tonitruū, qd' cūcta terruerat. His accessit,  
 » q̄ cubicularij dolētes principis mortē incēderūt tētorijū. Vnde fama emerfit ful  
 » mine interēptū eum, quē quantū scire possumus, ægritudine cōstat absumptū.  
 Hanc ego epistolā idcirco indidī, q̄ pleriq; dicunt uim fati quandā esse, ut Ro  
 princeps Ctesiphontē trāsire nō possit: Ideoq; Carū fulmine absumptū, q̄ eos  
 fines transgredi cuperet, qui fataliter cōstituti sunt. Sed sibi habeat artes suas ti  
 miditas calcāda uirtutib⁹. Licet planē, ac licebit p̄ sacratissimū Cæsarē Maximia  
 num Persas uincere, atq; ultra eos, p̄gredi: & futurū reor, si à nostris nō deserat  
 p̄missus numinū fauor. Bonū principē Carū fuisse, cū multa indicant: tū illud  
 etiā qd' statim adeptus imperiū, Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut inua  
 suros se nō solū Illyricū, sed Thracias quoq; Italiāq; minarent: ita inter bella  
 patiendi cōtudit, ut paucissimis diebus Pannonias securitate donauerit, occisis  
 Sarmatarū sedecim millib⁹, captis diuersi sexus uiginti millib⁹. Hæc de Caro sa  
 tis esse credo. Veniam⁹ ad Numerianū, cuius & uicinior patri, & admirabilior  
 per socerum suum facta uidetur historia. Et q̄uis Carinus maior ætate fuerit,  
 prior etiam Cæsar sit nuncupatus: tamē necesse est, ut prius de Numeriano lo  
 quamur, qui patris secutus est mortem: post de Carino, quem uir Reip. necessa  
 rius Augustus Diocletianus habitis conflictibus interemit.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

NUMERIANVS



NUMERIANVS Cari filius moratus egregie & uere  
 dignus imperio, eloquentia etiā præpollens, adeo ut  
 publice declamauerit, feranturq; illi⁹ scripta nobilia,  
 declamationi tamen q̄ Tulliano accommodatiora  
 stilo. Versu autem talis fuisse prædicatur, ut omnes  
 poetas sui temporis uicerit. Nam & cum Olympio  
 Nemesiano contendit, qui ἀλιθτικά, κωμικητικά &  
 ναυτικά scripsit: quicq; omnibus colonijs illustratus  
 emicuit. Et Aurelium Apollinarem amborum scri  
 ptorem,



ptorem, qui patris eius gesta in literas retulit: ipsidemq; recitauerat æditis ueluti radio Solis obtexit. Huius oratio fertur ad senatum missa tantū habuisse eloquentiæ: ut illi statua non quasi Cæsari, sed quasi Rhetori decerneret ponenda in bibliotheca Vulpia, cui subscriptū est: Numeriano Cæsari oratori temporibus suis potentissimo. Hic patri comes fuit bello Persico: quo mortuo, cum nimio fletu oculos dolere cœpisset, quod illum ægritudinis genus, nimia utpote familiarissima cōfectus angustia incurrisset: & dum lectica portaretur, factione Arrij Apri foci sui, qui inuadere conabat imperium, occisus est. Sed cum per plurimos dies de Imperatoris salute quæreret à milite, concionareturq; Aper: idcirco illum uideri non posse, q; oculos inualidos à uento, ac Sole subtraheret: foetore tamē cadaueris res esset prodita, omnes inuaserunt Aprum: cuius factio latere non potuit, eumq; ante signa, & principia protraxere. Tunc habita est ingens concio, factum etiam tribunal. Et cum quæreret, quis uindex Numeriani iustissimus fieret, quis daret Reip. bonus princeps: Diodetianū omnes diuino cōsensu, cui multa iam signa facta dicebant imperij, Augustum appellauerunt: domesticos tunc regentē, uirum insignē, callidum, amantē Reip. amantē suorū, & ad omnia quæ tēpus quæsierat, paratū. Consilij semper alti, nōnunq; tamen effrontis, sed prudentis, nimia peruicacia motus inquieti pectoris cōprimētis. Hic, cum tribunal conscendisset, atq; Augustus esset appellatus: & quæreretur quē admodū Numerianus esset occisus, educto gladio Aprū præf. præf. ostentans percussit, addens uerbis suis: Hic est autor necis Numeriani. Sic Aper se ipsum cœdauit, & deformibus cōsilijs agens dignū moribus suis exitum dedit. Auus meus retulit se interfuisse concioni, cum Diodetiani manu esset Aper occisus, percussisse autem dicebat Diodetianum, & dixisse: Gloriare Aper magni Aeneæ dextera cadis. Qd' ego miror de hoie militari, quibus te scia plurimos plusq; militares uel græce, uel latine, uel comitorū usurpari dicta, uel taliū poetarū. Ipsi deniq; comici plerunq; sic milites inducūt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. Nam & lepus tute es, & pulpamentū quæris, Liiij Andronici dictum est: multaq; alia, quæ Plautus, Ceciliusq; posuerunt. Curiosum nō puto, neq; satis uulgare fabellam de Diodetiano Augusto ponere hoc cōuenientē loco, quæ illi data est ad omen imperij. Auus me<sup>9</sup> mihi retulit ab ipso Diodetiano cōpertū. Cū, inquit, Diodetian<sup>9</sup> apud Tungros in Gallia in quadā caupona moraret, in minorib<sup>9</sup> adhuc locis militās, & cū Druyde quadā muliere, rationē cōuictus sui q̄tidiani faceret, atq; illa diceret: Diodetiane nimiū auarus, nimiū parcus es: ioco nō serio Diodetian<sup>9</sup> respōdisse fertur: Tunc ero largus, cū Imperator fueris. Post qd' uerbū Druyas dixisse fertur: Diodetiane iocari noli, nā Imperator p̄ditatē, idēq; Maximiano cōscio, atq; auo meo, cui<sup>9</sup> hoc dictum à Druyde ipse retulerat. Deniq; ut erat altus, risit, & tacuit: Apros tamen in uenationibus, ubi fuit facultas, manu sua semper occidit. Deniq; cū Aurelian<sup>9</sup> imperiū accepisset, cū Probus, cū Tacitus, cū ipse Carus, Diodetian<sup>9</sup> dixit: Ego semper apros occido, sed alter semper utitur pulpamento. Iam illud notū est, atq; uulgatū: q; cū occidisset Aprū præfectum præf. dixisse fertur eundem: Aprum fatalem occidi: Ipsum

Quanta pe  
stis Arioli.



Ipsūm Diocletianū idem auus meus dixisse dicebat: nullam aliā fuisse sibi cau- O barbari.  
sam occidendi manu sua Aprum, nisi ut impleret Druidis dictum, & suum fir-  
maret imperiū. Non enim tam crudelem se innotescere cuperet primis maxime  
diebus imperij, nisi illum necessitas ad hanc atrocitatē occisionis attraheret. Di-  
ctum est de Caro, dictum etiam de Numeriano, superest nobis de Carino.

FLAVII VOPISCI SYRACVSII

## CARINVS



Carinus homo omniū cōtaminatissimus, adulter, fre-  
quens corruptor iuuetutis: pudet dicere qd' in literas  
Onesimus retulit: ipse quoq; male usus genio sexus  
sui. hic cū Cæsar decretis sibi Gallijs atq; Italia, Illy-  
rico, Hispanijs, ac Britānijs & Africa, relictus à patre  
Cæsarianū teneret imperiū: sed ea lege, ut omnia fa-  
ceret, quæ Augusti faciūt, enormib; lauitijs, & ingen-  
ti fœditate maculauit. Amicos optimos q̄sq; relega-  
uit: pessimū quēq; elegit, aut tenuit, præf. urbi unum  
ex cancellarijs suis fecit. Quo fœdius nec cogitari potuit aliquādo nec dici. præ-  
fectum præf. quē habebat, occidit. In eius locū Matronianū ueterē conciliatorē Conciliator;  
fecit, unū ex his notarijs, quē stuprorū, & libidinū cōscium semp, atq; adiutorē  
habuerat. Inuito patre COS. processit. Superbas ad senatū literas dedit. Vulgo  
urbis Romæ quasi populo Ro. bona senatus pmisit. Vxores ducēdo, ac reiiciē-  
do nouem duxit, pulsis pleriq; prægnantib;. Mimis, meretricib;, pantomimis,  
cantorib;, atq; lenonibus palatiū impleuit. Fastidiū subscribendi tantū habuit,  
ut impurū quendā, cum q̄ semp meridie iocabat, ad subscribendū poneret: quē  
obiurgabat plerūq; q̄ bene suam imitaret manū. Habuit gēmas in calceis: nisi  
gēmata fibula usus nō est. Balteum etiā saepe gēmatū, ut regē deniq; illū Illyrici Fibula.  
pleriq; uocitarēt. Præfectus nuncq; COS. obuiā processit. Hominib; improbis  
plurimū detulit, eosq; ad cōuiuuiū semp uocauit. Centū libras auium, centū pi-  
scium, mille diuersæ carnis in cōuiuio suo frequēter exhibuit. Vini plurimū effu-  
dit. Inter poma, & melones natauit. Rosis Mediolanētib; & triclina, & cubicu-  
la strauit. Balneis ita frigidis usus est, ut solent esse cellæ suppositoriæ frigidarijs Cellæ sup-  
positoriæ.  
semper niualibus. Cum hyemis tēpore ad quendam locū uenisset, in quo fons  
erat aqua pertepida, ut solet per hyemem naturaliter, eaque piscina usus esset,  
dixisse balneatoribus fertur: Aquam mihi muliebrem præparatis. atq; hoc eius  
clarissimum dictum effertur. Audiebat pater eius quæ ille faceret, & clamabat:  
Non est meus. Statuerat deniq; Constantiū, qui postea Cæsar est factus (tunc  
autē præsidatum Dalmatiæ administrabat) in locum eius subrogare: quod ne-  
mo tunc uir melior uidebatur: Illum uero, ut Onesimus dicit, occidere. Lon-  
gum est, si de eius luxuria plura uelim dicere. Quicumq; ostiatim cupit nosce- Ostiatim.  
re, legat etiam Fuluium Asprianum usq; ad tædium gestorum eius uniuersa di-  
centem. Hic ubi patrem fulmine absumptum, fratrem à socero interemptum,  
Diocletianum Augustum appellatum comperit, maiora uitia, & scelera ædidit,  
quasi